ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1586

Os arcebispos não intervêm no Colégio e Universidade. O reitor e provincial elejam conservadores apostólicos privativos. Bula de Xisto V.

Gav. 6A- Maço 3 - N.º 67

SIXTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Militanti ecclesie licet immeriti disponente Domino presidentes circa statum Collegiorum et studiorum generalium quorumlibet ac personarum in illis degentium et bonis his incumbentium salubriter dirigendum solertia
reddimur indefessa sollicitati ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis et profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus Sane pro parte dilectorum filiorum Rectoris Collegii
Societatis Jesu et Universitatis studii generalis in Civitate Elboren. canonice instituti ac Provincialis dicte Societatis Regni Portugallie nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias de Anno Domini
Millesimo quingentesimo septuagesimo primo bone memorie Henricus sancte Romane ecclesie Presbiter Cardinalis Infans Portugallie dum in humanis ageret nuncupatus qui antea Collegium ac Universitatem
huiusmodi in dicta Civitate fundaverat et instituerat illaque necnon illorum Collegiales et Scholares tam ecclesiasticos quam seculares ab omni Iurisdictione et superioritate pro tempore existentis Archiepiscopi Elboren. per felicis recorda-
tionis Pium papam V predecessorem nostrum perpetuo eximi obtinuerat pro tempore existentem Officialem Elborensem alterum duorum Inquisitorum heretice pravitatis in eadem Civitate commorantium quem ipsi et eius su-
ccessores Collegii et Universitatis huiusmodi Rectores pro tempore existentes duxerint eligendum seu nominandum in Conservatorem ecclesiasticum Collegialium et Scholarium Collegii et Universitatis huiusmodi qui sacris initiati sive
beneficiati essent sufficienti ad hoc a Sede apostolica facultate suffultus constituit ordinavit et deputavit prout in ordinatione dicti Henrici Cardinalis plenius dicitur contineri et sicut eadem petitio subiungebat
ordinationis et deputationis huiusmodi vigore diversi Conservatores ecclesiastici a Rectoribus Collegii et Universitatis huiusmodi hactenus nominati fuerunt nec conveniens sit ut Collegio et Universitati ac Collegialibus necnon
Scholaribus predictis a Iurisdictione dicti Archiepiscopi ut prefertur exemptis eiusdem Archiepiscopi Officialis illorum Conservator existat cum etiam ratione exemptionis predicte oriri inter Archiepiscopum et exemptos predictos aliquae differentie
verisimiliter eveniant Dicti vero Inquisitores aliis prepediti negotiis ad ea que sunt Collegii et Universitatis huiusmodi non ita commode et prout convenit attendere possint ac proinde operepretium sit alios eorum
loco Conservatores substitui seu illis adiungi Quare pro parte Rectoris et Provincialis predictorum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus felici successui Collegii et Universitatis predictorum in premissis opportune pro-
videre de benignitate apostolica dignaremur Nos igitur Rectori Provinciali ac Collegio et Universitati predictis adversus quoscunque occupatores detentores presumptores necnon Molestatores perturbatores et iniuria-
tores eorundem de opportuno remedio per quod eorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur subvenire volentes ipsosque Rectorem et Provincialem ac Collegii et Universitatis predictorum
singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum
presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati Rectori sive Provinciali predictis nunc et pro tempore existentibus ut in ipsorum Collegii et Universitatis Con-
servatores eum vel eos in Dignitate ecclesiastica constitutos tam seculares quam quorumvis Ordinum regulares decretorum Doctores vel in Theologia Magistros aut Licentiatos quem seu quos Rector sive Pro-
vincialis predicti duxerint nominandos et eligendos assumere possint et valeant apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo concedimus et indulgemus eisdemque ut prefertur in Conservatores nominatis et electis quatenus ipsi vel
duo aut unus eorum per se vel alium seu alios etiam si fuerint extra loca in quibus Iudices et Conservatores predicti deputati erunt eisdem Rectori Collegio Universitati ac singularibus illarum personis efficacis defensionis
presidio assistentes non permittant Rectorem Collegiales et scolares predictos super bonis ac iuribus ad Collegium et Universitatem huiusmodi spectantibus ac privilegiis exemptionibus Immunitatibus facultatibus
et Indultis eis contra vel dimissis quomodolibet pro tempore concessis eorumque usu et pacifica possessione a quibuscumque personis indebite molestari aut eis gravamina damna vel iniurias desuper irrogari facturi Collegio et
Universitati illorumque collegialibus et scolaribus ac personis huiusmodi cum ab eis eorumve procuratore fuerint requisiti super premissis in illis que iudicialem requirunt indaginem summarie simpliciter et de plano sine stre-
pitu et figura iudicii sola facti veritate inspecta In aliis vero prout qualitas negociorum exegerit iustitie complementum Occupatores seu detentores presumptores et innovatores huiusmodi necnon Contradictores
quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis status et conditionis fuerint per sententias censuras et penas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris et facti remedia appellatione postposita compescendo Ac ultimis super his
habitis servatis processibus eos sententias censuras et penas predictas incurrisse servata forma Concilii Tridentini declarando invocato et ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus tam pie memorie
Bonifatii pape VIII etiam predecessoris nostri in quibus cavetur quod nullus extra suam Civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur Seu ne Iudices
et Conservatores a dicta sede deputati extra Civitatem vel diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere seu alii vel aliis vices suas committere presumant Dummodo ultra tres dietas aliquis aucto-
ritate presentium ad iudicium non trahatur Seu quod de aliis quam manifestis iniuriis et violentiis ac aliis que iudicialem requirunt indaginem penis in eos si secus egerint et in id procurantes adiectis Conserva-
tores se nullatenus intromittant quam aliis quibuscumque Constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium
non vocandis aut aliis editis que Conservatoribus ut prefertur nominatis et electis possent Iurisdictionis et [illegible] illiusque libero exercitio quomodolibet obviare aliisque conservatoriis Civitatibus Universitatibus et hominibus aliisque
personis sub quibuscumque tenoribus et formis et Motuproprio et ex certa scientia deque apostolice potestatis plenitudine et etiam Consistorialiter ac alias in contrarium quomodolibet concessis confirmatis et inno-
vatis Quibus omnibus et si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica et expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio ha-
benda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter et expresse derogamus Ceterisque contrariis quibuscumque Ceterum
volumus et auctoritate predicta decernimus quod quilibet ex Conservatoribus ut prefertur nominatis et electis prosequi valeat articulum etiam per alium seu alios inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico
prepeditus Quodque a data presentium sit eis et unicuique ipsorum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetuata potestas et Iurisdictio attributa ut eo vigore eaque firmitate possint et
quilibet ipsorum possit in premissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si illa omnia et singula coram eis aut quolibet ipsorum cepta fuissent ac eorum Iurisdictio et cuiuslibet ipsorum in premissis
omnibus et singulis per citationem vel alium modum perpetuata legitime extitisset Constitutione predicta super Conservatoribus et alia quavis in contrarium edita non obstante Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostre absolutionis concessionis Indulti derogationis voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei
ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Datum Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo octuagesimo sexto Non. Novembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

Hr. Cinius

Jo. tho. Paluicinus

SIXTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Militanti ecclesie licet immeriti disponente Dno presidentes circa statum Collegiorum et Studiorum generalium quorumlibet ac personarum in illis degentium et bonis his incumbentium salubriter dirigendum solertia reddimur indefessa sollicitati ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis et profectibus divina cooperante clementia salubriter intendamus Sane pro parte dilectorum filiorum Rectoris Collegii Societatis Jesu et Universitatis studii generalis in Civitate Elboren canonice instituti ac Provincialis dicte Societatis Regni Portugallie nobis nuper exhibita petitio continebat quod alias de Anno Dni Millesimo quingentesimo septuagesimo primo bone memorie Henricus sancte Roman ecclesie Presbiter Cardinalis Infans Portugallie dum in humanis ageret nuncupatus qui antea Collegium ac Universitatem huiusmodi in dicta Civitate fundaverat et instituerat Illaque necnon illorum Collegiales et Scholares tam ecclesiasticos quam seculares ab omni Iurisdictione et superioritate pro tempore existentis Archiepi Elboren per felicis recordationis Pium pp. V. predecessorem nrum perpetuo eximi obtinuerat pro tempore existentem Officialem Elboren sive alterum duorum Inquisitorum heretice pravitatis in eadem Civitate commorantium quem prius et eius successores Collegii et Universitatis huiusmodi Rectores pro tempore existentes duxerint eligendum seu nominandum Conservatorem ecclesiasticum Collegialium et Scholarium Collegii et Universitatis huiusmodi qui sacris initiati sive beneficiati essent sufficienti ad hoc a sede aplica facultate suffultus constituit ordinavit et deputavit prout in ordinatione dicti Henrici Cardinalis plenius dicitur contineri et sicut eadem petitio subiungebat ordinationis et deputationis huiusmodi vigore diversi Conservatores ecclesiastici a Rectoribus Collegii et Universitatis huiusmodi hactenus nominati fuerunt nec conveniens sit ut Collegio et Universitati ac Collegialibus necnon Scholaribus predictis a Iurisdictione dicti Archiepi ut prefertur exemptis eiusdem Archiepi Officialis illorum Conservator existat cum etiam ratione exemptionis predicte possint inter Archiepum et exemptos predictos alique differentie verisimiliter exoriri Dicti vero Inquisitores aliis prepediti negotiis ad ea que sunt Collegii et Universitatis huiusmodi non ita commode et prout convenit attendere possint ac proinde operepretium sit alios eorum loco Conservatores surrogari seu illis adiungi Quare pro parte Rectoris et Provincialis predictorum nobis fuit humiliter supplicatum quatenus felici successui Collegii et Universitatis predictorum in premissis opportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur Rectori Provinciali ac Collegio et Universitati predictis adversus quoscumque occupatores detentores presumptores necnon Molestatores perturbatores et iniuriatores eorundem de opportuno remedio per quod eorum compescatur temeritas et aliis aditus committendi similia precludatur subvenire volentes ipsosque Rectorem et Provincialem ac Collegii et Universitatis predictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati Rectori sive Provinciali predictis nunc et pro tempore existentibus ut in ipsorum Collegii et Universitatis Conservatores cum vel eos in Dignitate ecclesiastica constitutos tam seculares quam quorumvis Ordinum regulares decretorum Doctores vel in Theologia Magistros aut Licentiatos quem seu quos Rector sive Provincialis predicti duxerint nominandos et eligendos assumere possint et valeant aplica auctoritate tenore presentium perpetuo concedimus et indulgemus eisdemque ut prefertur in Conservatores nominatis et electis quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios etiam si fuerint extra loca in quibus Iudices et Conservatores predicti deputati erunt eisdem Rectori Collegio Universitati ac singularibus illarum personis efficacis defensionis presidio assistentes non permittant Rectorem Collegiales et Scholares predictos super bonis ac iuribus ad Collegium et Universitatem huiusmodi spectantibus ac privilegiis exemptionibus Immunitatibus facultatibus et indultis eis coniunctim vel divisim quomodolibet pro tempore concessis eorumque usu et pacifica possessione a quibusvis personis indebite molestari aut eis gravamina damna vel iniurias desuper inferri facturi Collegio et Universitati illorumque collegialibus et scolaribus ac personis huiusmodi cum ab eis eorumque procuratoribus fuerint requisiti super premissis in illis que iudicialem requirunt indaginem summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii sola facti veritate inspecta In aliis vero prout qualitas negotiorum exegerit iustitie complementum Occupatores seu detentores presumptores et innovatores huiusmodi necnon Contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis status et conditionis fuerint per sententias censuras et penas ecclesiasticas aliaque opportuna iuris et facti remedia appellatione postposita compescendo Ac etiam super his huiusmodi servatis processibus eos sententias censuras et penas predictas incurrisse servata forma Concilii Tridentini declarando invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis Non obstantibus tam pie memorie Bonifatii pp. VIII. etiam predecessoris nri in quibus cavetur quod nullus extra suam Civitatem et dioecesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue dioc ad iudicium evocetur Seu ne Iudices et Conservatores a dicta sede deputati extra Civitatem vel dioec in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere seu alii vel aliis vices suas committere presumant Dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate presentium ad iudicium non trahatur Seu quod de aliis quam manifestis iniuriis et violentiis ac aliis que iudicialem requirunt indaginem penis in eos si secus egerint et in id procurantes adiectis Conservatores se nullatenus intromittant quam aliis quibuscumque Constitutionibus a predecessoribus nris Roman Pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis que conservatoribus ut prefertur nominatis et electis possent Iurisdictionis explicatione illiusque libero exercitio quomodolibet obviare aliisque conservatoriis Civitatibus Universitatibus et hominibus aliisque personis sub quibuscumque tenoribus et formis et Motu proprio et ex certa scientia deque aplice potestatis plenitudine et etiam Consistorialiter ac alias in contrarium quomodolibet concessis confirmatis et innovatis Quibus omnibus et si de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica et expressa et individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter et expresse derogamus Ceterisque contrariis quibuscumque Ceterum volumus et auctoritate predicta decernimus quod quilibet ex Conservatoribus ut prefertur nominatis et electis prosequi valeat articulum etiam per alium seu alios inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico prepeditus Quodque a data presentium sit eis et unicuique ipsorum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetuata potestas et Iurisdictio attributa ut eo vigore eaque firmitate possint et quilibet ipsorum possit in premissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si illa omnia et singula coram eis aut quolibet ipsorum cepta fuissent ac eorum Iurisdictio et cuiuslibet ipsorum in premissis omnibus et singulis per citationem vel alium modum perpetuata legitime extitisset Constitutione predicta super Conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre absolutionis concessionis indulti derogationis voluntatis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Aplorum eius se noverit incursurum Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo octuagesimo sexto Non. Novembris Pontificatus nri Anno Secundo.

CC

A. de Alexijs

F. Perolus
Ho: Cinarus

Collegio da Companhia de JESUS do Espirito Santo de Evora p.ª ser izento e sua Universidade da jurisdicaõ do Arcebispo, e eleger Conservadores Apostolicos p.ª suas Causas.

Bulla do Papa Sixto 5.º dada em Roma a 5. de Novembro do anno de 1586. no 2.º anno do seu Pontificado, pela qual izentou, e eximio da jurisdicaõ do Arcebispo de Evora o Collegio da Companhia de JESUS do Espirito Santo de Evora, e sua Universidade, fundada com authoridade, e isto á instancia do Provincial, e Reitor do mesmo Collegio, e lhes concedeo, que qualquer delles podessẽ eleger Conservadores Apostolicos p.ª conhecerem de todas suas Causas, e naõ permittirem sobre esse agravo.

IMAGO PHOTOGRAPHIC
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
BLUE
CYAN
GREEN
YELLOW
RED
MAGENTA
WHITE
3/COLOUR
BLACK
inch
cm

SPA
SPE

SIXTVS
PAPA
V